



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Habitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

H A B I T V S. 33<sup>v</sup>

Peccat mort. qui comedit carnes huma-  
nas, vel tradit eas alteri comedendas citra  
maximam necessitatem, quamvis neminem  
ob id occidat. num. 122.

H A B I T V S.

H A B I T V S animi est qualitas inhaerens ei-  
dem animo, vel alicui potentia eius incli-  
nans illam ad operandum. Præf. 5. num. 7. No-  
uo num. 12.

Qui defert habitum exteriorem, vel  
signum indicans professionem falsæ sectæ,  
peccat mortaliter, non tamen propter solam  
omissionem signi, vel habitus Christianismi.  
c. 11. num. 25.

Habitus non potest mutari ab vno con-  
iuge sine licentia alterius in habitum reli-  
giosorum tertij ordinis. c. 12. n. 62.

Mutare habitum virilem vel femineum  
iusta de causa non est peccatum. Quod si id  
fiat ex leuitate, tantum est veniale. de. se. ca.  
23. num. 22.

Qui vestit se habitu religionis in oppro-  
brium illius, vel eo vitur ad turpia persona-  
tis, peccat mort. Secus si ob solam leuita-  
tem, dummodò nullum inde opprobrium  
contingat religioni. c. 23,

Quis.

Quis dicatur temerè habitum religionis dimittere. vide tit. excommunicatio VI. §. 5. lit. & Religiosus. 3.

HASTILVDIVM, vel torneamentum tunc est illicitum, quando vt plurimum cades, vel grauia sequuntur vulnera. Vnde qui huiusmodi torneamenta aggreditur, & qui aliam ad ea inducit, vel qui nō impedit cum possit, peccat mort. Secus si non sint illicita. Peccat etiam m. qui huiusmodi torneamenti interest cum magna voluptate, vel eo animo, vt quamuis sibi esset prohibitum sub mortali, interesset: Aliàs non nisi venialiter. cap. 15. num. 9. Nihilominus tamen torneamenta sunt absolutè prohibita. n. 18. Instituens moderatè hastiludiū, non peccat. c. 14. n. 31. §. 24.

## HÆREDITAS I.

Quoad Hæredem & substitutionem.

HÆRES tenetur implere vota realia defuncti. non tamen personalia, mixta verò partim tenetur, partim non tenetur. ca. 12. num. 56.

Hæres defuncti, qui vouerat religionem, non tenetur conferre religioni bona quæ defunctus